Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



210

praedicta · scriptaſunt omnia · Uidebiſcetiam simulacrorum templa
paſtim ſine reparatione conlapſa · paſtim diruta · paſtim clauſa ·
paſtim muſus alios commutata · Ipſaque simulacra uel confringi ·
uel incendi · uel includi · uel deſtrui · atque ipſas huius ſaeculi poteſta
teſ · quae aliquando p ſimulacris populum xpianum p ſequebantur ·
Uiſtas & dominatus non are pugnantibus ſed amorientib: xpianis ·
& contra eadem ſimulacra · p quibus xpianos occidebant · Imperatoreſ ſuos
leges que uetuiſſe · & imperii nobiliſſimi eminentiſſimum culmen ·
ad ſepulchrum piſcatoris p arii ſummiſſo · diademate ſupplicare ·
Haec omnia diuinae ſcripturae quae in manus omnium iam uenerunt ·
ante longiſſima tempora futura eſſe teſtata ſunt · Haec omnia tanto
robuſtiore fidelia & amur fieri · quanto maiore auctoritate predicata
eſſe in eiſ litteris inuenimus · Numquid nam obſecro uos · numquid
nam ſolum iudicium di · quod inter fideleſ atque infideleſ futurum ee ·
in eiſdem litteris legimus · Cum illa omnia ſicut praedicta ſunt uene
rint · Numquid nam ſolum iudicium di uenturum non eſſe putabimus ·
Immo uero uenit & ſicut illa omnia uenerunt · Nec quiſquam erit homo noſtro
rum temporum qui ſe in illo iudicio de ſua poſſit in fidelitate defendere ·
cum xpm canta & iuſtus ad aequitatem · & p iurus ad fraudem · & rex
ad imperium · & miles ad pugnam · & martir p ter regimen · & uxor
p ter obſequium · & pat propter praeceptum · & filius p t oboedientiam ·
& dominus p t dominationem · & ſeruus p t famulatum · & humilis
ad pietatem & ſuperbus ad emulationem · & diues ut porrigat & pauper
ut ſumat · & ebrioſus ad phialam · & mendicus ad ianuam · & bonus
ut praeſtet · & malus ut fallat · & xpianus uenerator · & paganus
adulator · Omneſ xpm cantant · & quanto uoluntate atque ore cantent ·
eidem ipſi quem cantant rationem ſine dubio reddituri ſunt ·
Eſt quiddam inuiſibile ex quo creatore principio ſunt omnia quae ui
demus · ſummum aeternum incommutabile · & nulli effabile ·
niſi tantum ſibi bonum · Eſt quiddam quo ſe ipſa ſummitaſ maieſtatis